

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De geomantia; de arte geomantiae - Cod. Karlsruhe 1769

[S.l.], [um 1600]

Cap. IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-250045](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-250045)

PHYSIOGNOMIÆ.

DECILIIS.

C A P. IX.

Cilia artuata multum, & quæ frequēti motu eleuantur in altum, significant hominem superbum, animosum, vana gloriosum, audacem, minacem, cupidum pulcrorum, & convenientem ad utraque.

Cujus cilia sunt deorsum declinata, cum alteri loquitur vel alterum intuetur, quasi latenter sub eis, significant hominem valde malitiosum, vel fallacem, mendacem, proditorem, tenacem, pigrum, secretum, pauciloquum.

Cujus cilia sunt rara a pilis, significant hominem simplicem, vanum, debilem, cito crudelem, & in societate satis convenientem.

Cujus cilia sunt naturaliter plicata deorsum, ut quasi sint crispa, significant hominem inuerecundum, pigrum, suspiciosum, tenacē, inuidum, & in multis facilē seductorem.

Cujus cilia sunt valde brevia, & in colore alba vel blunda, significant hominem quasi ad omnia convenientem, debilem, timidum facilē, ac cito alteri credentem & convertibilem.

DE INTERCILIIS.

C A P. X.

In